




~~da 82. P. 66~~ ~~p[illegible] a [illegible]~~

Prima edizione del 1592 -

ALPHABETVM ARABICVM



Cum licentia ſuperiorum.

ROMAE.

In Typographia Medicea.

M. D. XCII.

LITERÆ APVD ARABES SVNT VIGINTI OCTO QVARVM HÆC EST

Poteſtas	Appellatio		Figura	
א	Aliph	أَلِفْ	ا	1
B	Be	بَآ	ب	2
T	Te	تَآ	ت	3
Th	The	ثَآ	ث	4
G	Gim	جِيمْ	ج	5
Hh	Hha	حَآ	ح	6
Ch	Cha	خَآ	خ	7
D	Dal	دَال	د	8
Dh	Dhal	ذَال	ذ	9
R	Re,	رَآ	ر	10

Poteſtas	Appellatio		Figura	
Z	Zain	زَايِنْ	ز	11
S	Sin	سِينْ	س	12
Sc	Scin	شِينْ	ش	13
S	Sad	صَادْ	ص	14
Dh	Dhad	ضَادْ	ض	15
T	Ta	طَآ	ط	16
Thd	Thda	ظَآ	ظ	17
ע	Ain	عَيْنْ	ع	18
Gh	Ghain	غَيْنْ	غ	19
Ph	Phe	فَآ	ف	20
C	Caph	قَافْ	ق	21
K	Kaph	كَافْ	ك	22
			ل	

Poteſtas	Appellatio		Figura
L	Lam	لَامْ	ل 23
M	Mim	مِيْم	م 24
N	Nun	نُونْ	ن 25
H	He	هَآ	ه 26
V	Vau	وَاوْ	و 27
L, &	Lam Aliph	لَامْأَلِفْ	لا
I	Ie	يَآ	ي 28

Omnes autem ſunt conſonantes.
Quæ poſt . 27 . collocatur figura non eſt ulla ex uiginti octo, ſed ſunt literæ duæ ſimul iunctæ, Aliph ſcilicet in ſinu Lam, ut nomen & figura oſtendunt.
Ligantur inuicem, dũ ſcribuntur, Arabum literæ: & cũ præcedentibus quidem omnes, cum conſequentibus autem exceptis ſex, و ز ر ذ د ا reliquæ omnes . quã ob rem in principio, medio, & fine dictionum uarias ſortiuntur figuras .

In fine	In fine	In medio	In principio
ا	ـا	ـا	ا

ب .2. A

In fine	In fine	In medio	In principio
ب	ـب	ـبـ	بـ
ت	ـت	ـتـ	تـ
ث	ـث	ـثـ	ثـ
ج	ـج	ـجـ	جـ
ح	ـح	ـحـ	حـ
خ	ـخ	ـخـ	خـ
د	ـد	ـد	د
ذ	ـذ	ـذ	ذ
ر	ـر	ـر	ر
ز	ـز	ـز	ز
س	ـس	ـسـ	سـ
ش	ـش	ـشـ	شـ
ص	ـص	ـصـ	صـ

In fine	In fine	In medio	In principio
ض	ـض	ـضـ	ضـ
ط	ـط	ـطـ	طـ
ظ	ـظ	ـظـ	ظـ
ع	ـع	ـعـ	عـ
غ	ـغ	ـغـ	غـ
ف	ـف	ـفـ	فـ
ق	ـق	ـقـ	قـ
ك	ـك	ـكـ	كـ
ل	ـل	ـلـ	لـ
م	ـم	ـمـ	مـ
ن	ـن	ـنـ	نـ
ه	ـه	ـهـ	هـ
و	ـو	ـو	و

In fine	In fine	In medio	In principio
ي	ي	ـيـ	يـ

Literæ ر & ز alio quoque modo formantur, inclina tis uidelicet ad alteras partes earum capitibus, & eleuatis ſurſum caudis, ut

راع دايرة جوهر النور

زاهقة الجزوي اجهز المجاز

س Sin, & ش Scin explicatis, ueluti in parum incur uatam lineam earum tribus dentibus, ſepe ab Arabibus, frequenter a Perſis ſcribuntur, ut

سواد السطح الشمس القوس

سحيج الشكل النقش النقوش

ف Phe, & ق Caph ab orientalibus quidem, & iis, qui Ægyptum inhabitāt Arabibus, & Perſis, & Turcis, ut in alphabeto iacent, ita ſcribuntur: á Mauritanis autem, & Africanis reliquis ſubſcripto ī prima pūcto uno, & ſuprapoſito ī altera ita figurātur ڢ Phe, ف Caph.

ک Kaph has quoque habet figuras

ك ك ك ك ك

ه He plures quàm reliquæ habet figurationum diuerſi
tates, ut ſatis ex ſupraſcriptis & ſequentibus patere po-
teſt exemplis. ﻪ ﻫ ﻬ ه ـه . Cùm autē ſupra
ه, & ـه ſunt duo puncta ſic ة ـة, quod in fine tantū
nominum accidit, tunc utraque ſonat ut litera ت Te,
& eſt nota generis fœminini.

ي Ie in fine dictionis poſita, ſiue cū precedente litera
ſit ligata, ſiue non, aliquādo ob loci anguſtiā aliquādo
ob ſcripturæ elegantiā ad contrarias ſub dictione partes ī
rectā lineā caudæ curuitatē explicat, ut ī his patet dictio
nibus ني في علي شي حتي التي الي quæ
alioqui ſic ني في علي شي حتي التي الي ſcribūtur.

لا Lam aliph multifariam ſcribitur, ſed eius uſitatæ ma
gis apud orientales Arabes, figuræ ſunt iſtæ, لا لا .

Nō diuidunt dictiones ſuas Arabes ī ſcribēdo, itaut earū
partem quidem in una, partem uerò in altera, cū id loci
īportunitas coegerit, collocēt linea, ueluti Latinis, Græ-
cis, Ægyptijs, Armenis, Æthyopibus, ac Indorum quā-
plurimis uſui eſt, ſed cùm illud acciderit ad lineam perfi-
ciendā præcedētis dictionis literæ alicuius, quæ id pati
poſſit, corpus aut caudam producere malunt hoc modo

ليس من قول ولا كلام الذين لا تسمـــــع
اصواتهـــــــــــم

quod

quod Hebræi etiam & Chaldæi, siue Syri passim obseruant. Idem quoque faciunt Arabes, nulla tamen necessitate coacti, quibusdam in dictionibus, lineam minime, ut dictũ est, terminantibus, precipuè autem in dictione

بسم , quam initio cuiusque tractatus preponunt sic

بســـــــــــم الله الرحمن الرحيم

idest, In nomine Dei misericordis, miseratoris.
De Arabicarum igitur literarum figura in genere hæc dicta sint. Proprios autem ac peculiares Mauritanorum, Persarum, Turcharúmque characteres, quibus, præter Arabica, Persica quoque & Turcica ipsi conscribunt, insuper & orientaliũ Arabum reliquos, inter se & ab aliis discrepantes, præter hos, quibus in hoc opusculo imprimendo usi sumus, uidebunt Arabicæ linguæ cultores in Grammaticis, Lexicis aliisque earundem lĩguarum, qui in dies imprimentur libris.

De nominibus Arabicarum literarum.

Nomina literarum Arabicarum nihil, quod mysteriosũ sit continent, quocirca immorandum in eis non est. Admonendum tantùm primam literam Aliph alio nomine

uocari هَمْزَةٌ Hamzaton, & aliã quoque habere figurã,

de qua dicetur infra. Et huius reliquarúmque omnium

nomina suscipere in fronte articulum ال Al, & in calce signa & motiones, quibus & agendi, & patiendi, ut dicunt Arabes, seu nominandi & accusandi, ut Latini, reliquique casus significantur. Eorum autem exempla in casu nominandi sunt hæc.

الهمزة الباء التاء الثاء الجيم الحاء

Alhhao Algimo Aththao Attao Albao Alhamzato

الخاء الدال الذال الراء الزين السين

Aſſino Azzaino Arrao Adhdhalo Addalo Alchao

الشين الصاد الضاد الطاء الظاء العين

Alaino Adhdhao Attao Adhdhado Aſſado Aſcſcino

الغين الفاء القاف الكاف اللام

Allamo Alkapho Alcapho Alphao Alghaino

الميم النون الهاء الواو والياء

Valiao Aluauo Alhao Annuno Almimo

De poteſtate ſeu pronuntiatione literarum Arabicarum.

Linguæ cuiuſque literarum poteſtas ab earundẽ pronũtiatione differre uidetur in hoc, quòd hæc ſeorsũ linguæ tantummodo unius ſuſcipiens elemẽta, quo ſingula formentur loco, quóue; ut rectè pronuntientur indigeant inſtrumento, & quem tandem edant ſonũ oſtẽdit: at illa his inſuper addit eorundem cum lĩguæ alterius elemẽtis collationem, & quæ linguæ unius elementa ſingula ſingulis alterius ſono pronuntiationéque reſpondeant oſtẽdit. De prima igitur hoc unum tantùm hîc monendum, eſſe literas quaſdam apud Arabes, quibus lĩguæ alterius literæ nullæ poteſtate reſpondere poſſunt. ea enim eſt in Arabica

in Arabica lingua, quibus literæ eius formantur inſtrumentorum multitudo, ut in lĩgua alia una, aut pluribus ſimul eadem inueniri impoſſibile ſit. quocirca Latinæ uel alterius, quæ nobis ſit familiaris linguæ poteſtate eæ ſeu ualore conferri minime poterunt. In Alphabeto tamen è regione literis Arabicis ſingulis latinam unã aut plures ſono quodammodo reſpondentes collocauimus, aliquibus etiam Hebraicas, quippe quæ earum ſonũ præ cæteris imitantur melius, appoſuimus. De altera autem dicendum, ſi è quibus ipſæ exeunt ſeu in quibus formantur locorum & inſtrumentorum differentias afferamus, id erit totum, quod hîc opera noſtra lectori preſtari poterit, quibus rectè perſpectis & accuratè cõſideratis mox uoces Arabicas p̃fectè pronuntiandi benéque exprimendi cupidum lectorem uiuã Præceptoris uocem adire monemus, qua ſpreta nec Arabicè loqui, nec Arabicè loquẽtem hominem intelligere quemquam poſſe nobis, qui id experti ſumus credendum puto. loca igitur in quibus formantur ſeu è quibus formatæ exeunt literæ Arabicæ ſunt quatuordecim, quæ ab ĩſima gutturis parte inchoando & ad extrema uſq; labia deueniẽdo ita diſponũtur.

Literæ ا ع ه ح cum motionibus ſuis omnibus id eſt uocalibus, de quibus dicetur inferius, in profunda gutturis parte & larynge formantur.

غ خ in principio gutturis cum eius partis, quæ è regione ſupra ipſum eſt adminiculo.

ق in trũco linguæ & ea gutturis parte, quæ ſupra ipſum eſt concurrente.

ك in loco, qui proximus eſt trunco linguæ & parte

gutturis ea, quæ ſuperius contra illud eſt cooperante.

ي ش ج in medio linguæ & ea gutturis parte, quæ contra illam deſuper eſt.

ل in lateribus linguæ & dentium lateralium truncis & anterioribus inſuper dentibus, qui linguæ oppoſiti ſunt.

ن in extremitate linguæ & dentiũ anteriorũ truncis.

ر in extremitate linguæ & parte ea, quæ eſt parum infra truncos dentium anteriorum.

ط د ت in pulſu dorſi linguæ & truncis dentium anteriorum.

ز ظ ض س ص in extremitate linguæ inter ſuperiores & inferiores dentes anteriores & cum ſibilantis ſpiritus emiſſione.

ث ذ in extremitate linguæ inter ſuperiores & inferiores dentes anteriores, abſque tamen flatus emiſſione.

ف in interiore parte labij inferioris & capitibus dentium anteriorum.

م ب in contactu duorum labiorum.

و in circuitu labiorum cum eorundem eleuatione.

Ex hac autem diuiſione patet literas gutturales eſſe ſex.

De multiplici Arabicarum literarum diuiſione.

Iuxta igitur præſcripta, quibus efferuntur, ſiue quibus formantur inſtrumenta, ſeu loca, & quas ſecum afferũt affectiones & proprietates diuidũtur Arabum literæ, ita ut earum aliæ dicantur

حَلْقِيَّةٌ Hhalchiiiaton, ideſt gutturales, quòd in eis formandis plus cæteris inſtrumentis guttur laboret, & illæ ſunt ſex ا ه ع ح غ خ.

Aliæ لَهَوِيَّةٌ Lahuiiiaton, ideſt, propter eãdẽ rationẽ uuales, in ea enim parte præcipuè formantur, quã medici appellant uuam, & ſunt ق ك.

Aliæ شَجْرِيَّةٌ ſciagriiiaton, ideſt palatinæ, ita enim appellari poſſunt, شَجْرَةٌ namque ea eſt palati pars, quæ continua eſt dentibus, in qua literæ iſtæ formantur ج ش ض.

Aliæ أَسَلِيَّةٌ asliiiaton, ideſt ſibilantes, quòd dum pronuntiantur ſibilare quodammodo audiantur, & ſunt ز س ص.

Aliæ نَطَعِيَّةٌ natiiiatun, ideſt balbutientes, qui enim balbutiunt in harum literarum ſono uerba omnia confũdunt, quæ ſunt ت د ط .

Aliæ لِثَوِيَّةٌ lethuiiiaton, ideſt gingiuales, quòd gingiuæ quoque interiores in eis pronuntiandis concurrant, & ſunt ث ذ ظ .

Aliæ ذَلْقِيَّةٌ dhalchiiiaton, ideſt flexæ, quia dum pronuntiantnr lingua tangens truncos dẽtium flectitur, & ſunt ر ل ن .

Aliæ شَفَهِيَّةٌ ſciaphahiiiatõ, ideſt labiales, & ſunt ب ف م .

Aliæ لَيِّنِيَّةٌ liniiiaton, id eſt molles ي و .

Diuiduntur etiam Arabum literæ præter prædictã diuiſionẽ in Solares & Lunares. quæ diuiſio eò eſt neceſſaria, ut ea non animaduerſa, nec Arabicè rectè ſcribendi, nec Arabica ſcripta rectè legẽdi rationẽ retinere poterimus. Solares igitur literæ ſunt

ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن

Lunares

Lunares uerò

ا ب ج ح خ ع غ ف ق ك ل م ه و ي

Secantur item Arabũ literæ, ut apud Hebræos, & Chaldæos, in truncales & ſeruientes: & truncales quidẽ ſunt quæ perpetuò de eius, in qua inueniuntur, dictionis eſſẽtia exiſtunt, & in ea, præter hoc, aliud operantur nihil. Seruientes uerò ſunt, quæ & ipſæ cùm trũcales quidem eſſe poſſint, quando tamen in officio ſunt adminiculum aliquod ad præpoſitiones ſcilicet oſtẽdendas & aduerbia & pronomina & articulos & genera & numeros & caſus & perſonas & relationes & tempora & uarias inſuper coniugationũ ſignificationes & alia ſimiliter huiuſmodi dictionibus ſubminiſtrant.

Literæ autem perpetuò trũcales, quæ nũquã ſeruiũt ſunt

ث ج ح خ ذ ر ز ش ص ض

ط ظ ع غ ق

Seruientes uerò ſunt

ا ب ت د س ف ك ل م ن ه و ي

Singularum autem literarum ſeruientium officia & miniſteria exponendi locus hic non eſt: eorum namque cognitio, quemadmodum & Arabicarum literarum diuiſiones aliæ quamplurimæ ad grammaticales potius inſtitutiones quàm ad Arabicè legendi ſcribendíque rationẽ, quam hîc tradere tantummodo intendimus, pertinere uĩdẽtur, quã ob rem huiuſmodi omnia ommittentes, quæ hujus ſolummodo ſunt inſtituti reliqua proſequemur.

De ſignis & notis, quibus præter conſonantes literas in legendis & ſcribendis libris ſuis, Arabes utuntur.

Præter igitur prædictas uiginti octo literas, quas omnes conſonãtes eſſe dictum eſt, habẽt Arabes characteres alios quos الحركات Alhharakat, ideſt motiones uocant, quòd ſcilicet eorum ſono ſiue uoce literæ conſonãtes moueantur, & illis quidem uocalium uice utuntur. Habent & ſigna alia, quibus literæ eædem uel quieſcere, uel corroborari ſiue geminari, uel produci oſtenduntur: uel dictionis unius ſyllaba prima ad præcedentis alterius ultimam connecti & copulari intelligitur: uel literæ abeſſe quidem, perinde tamen atque ſi adeſſent pronũtiari & uoce formari demonſtrantur: habẽt inſuper & notas alias ad literarum diſtinctiones deſeruientes, de quibus omnibus ſingulatim dicendum eſt.

De motionibus ſiue uocalibus Arabum.

Motiones ſeu uocales apud Arabes figura quidẽ quàm duæ non ſunt plures, nomine tres, poteſtate autem quinque, quinque Latinorum . a . e . i . o . u . quaſi reſpondẽtes, quæ ſupra uel infra literas collocantur. Illarũ autem figuræ, nomina, & poteſtates ſunt hæ.

poteſtas	nomen		figura
e . declinans ad a . uel . a . clarum	Alphathho apertio	الفَتْحُ	بَ
o. declinans ad u . uel . u . clarum.	Dhdhammo. collectio	الضَّمُّ	بُ
e. declinans ad i . uel i . clarum.	Alkeſro . fractio	الكَسْرُ	بِ

Motio igitur uel uocalis Phathha à motione ſiue uocali Keſri loco, ſitúue tantùm diſtinguitur, hæc enim infra, illa uerò ſupra literas collocatur, figura autẽ diſſimilis ei nõ

ei non eſt. Eſt enim Orientalibus quidē Arabibus recta à ſuperiori in inferiorem locum linea, obliquè à dextro ſcilicet latere in ſiniſtrum extenſa, qualis eſt Græcorū accentus acutus بَ : Africanis uerò eadem linea, iacens tamen ſupra literas ſic بَ . Vocatur autē فتح Phathho, ideſt apertio, quòd aperiātur ad prolationem eius labia. Valet autem ut plurimum ſonum uocalis a Latinorum, declinantem ad ſonum uocalis e, ſeu medium inter a & e dum ſuper primas, uel medias dictionum literas eſt. Valet autem a clarum dum præcipuè ſuper ultimas poſita eſt literas, & ſuper literā Aliph, & ſuper literam quam Aliph immediatè ſequitur, & ſuper literā ſigno Teſcdid grauatam, & locis etiam quibuſdam, quæ omnia uſus melius quàm regula oſtendet. Exempla autē horum ſunt hæc. كَلَامَ Kelama عَلَامَةَ . Elameta. اَللّهُمَّ Allahomma.

Motio uerò Dhammi ſupra literas perpetuò collocatur, eſtque parua linea, quæ à parte ſuperiori incipiēs, & ſpatium inſtar circuli parui concludens, curuato deinde ductu in inferiorem locum obliquè uerſus latus ſiniſtrum deſcendens terminatur, ut بُ . Hæc nihil aut parum à uigeſima ſeptima litera و Vau differre uidetur, magnitudine enim tantùm ab ea ſuperatur. Et uocatur Dhāmo ideſt collectio, ſiue unio quòd labia colligamus dum eam proferimus. Valet autem ſonum uocalis o Latinorum, declinantem ad ſonum uocalis u, uel medium ſonum inter o & u, ubicumque poſita eſt, dum tamen eſt

ſupra literam , Vau, aut ſupra literã, quam mox ſequa tur litera Vau quieſcens, ualet u clarum, horum exẽpla ſunt quæ ſequuntur .

فَاخْلَصُهُ Phaochalleſoho . عَزَاؤُكَ Ezauka .

مُتَأَدِّبُونَ Motaaddebuna .

Motio autem Keſri ſub literis ſemper ſignatur, & figurã eius non differt à figura Phathhi, ut dictum eſt, & Africanis eſt etiam linea parua iacens ut phathho: ſed ſub literis ſic بِ . Vocatur autem كسر Keſro, ideſt fractio, quòd labia frangi quodammodo uideantur dum ipſum pronuntiatur . Valet ſonum uocalis e Latinorum, declinantem ad ſonum uocalis i , uel medium ſonum inter e & i ubicumque reperiatur : At dum eſt ſub litera ي Ie, aut ſub litera quam deinceps ſequatur litera Ie quieſcens aut ſub ultimis dictionum literis, ualet i clarum, horum exempla ſunt .

مِنَ الْحَكِيمِ Menal hhekimi فِي الْأَرْضِ Phil ardhi

Obſeruandum autem Grammaticos tres motiones prædictas aliis appellare nominibus, quæ ſub prioribus ſingula ſingulis hîc poſita ſunt .

وَالْكَسْرُ	الضَّمُّ	أَلْفَتْحُ
Valkeſro fractio	Dhammo collectio	Alphathhoh apertio
وَالْجَرُّ	الرَّفْعُ	أَلنَّصْبُ
Valgiarro contractio	Rapho eleuatio	Alnasbo erectio

Et prioribus quidem nominibus eas uocant dum illi de uerbo agunt, dum uerò de nomine & alia orationis parte posterioribus. Vel primis quidem nominibus eas appellant, dum ipsæ cum primis, uel mediis dictionum literis syllabam constituũt, aliis autem dum cum ultimis idem faciunt.

Sciendum insuper Grammaticos à nomine literæ uigesimæ quintæ, quod est نُونٌ Nun, formare uerbum نَوَّنَ nouuena, idest, ut nostro idiomate nos quoque fingamus idem uerbum, nunnatus est, idest affectus fuit litera Nun, uel suscepit literam Nun. Inde postea formatur uerbale nomen تَنْوِينٌ Tanuin, idest nunnatio uel susceptio literæ Nun. Huius autem Tanuin tres dicunt esse species iuxta numerum trium motionũ prædictarũ, quæ huiusmodi Nun suscipiũt, quorum figuræ nomina, & potestates planè in sequenti tabella aspiciuntur.

potestas	nomen		figura
An	Tanuinol phathhi	تَنْوِينُ ٱلْفَتْحِ	ةً
On	Tanuinodh dhammi	تَنْوِينُ ٱلضَّمِّ	ةٌ
In	Tanuinol kesri	تَنْوِينُ ٱلْكَسْرِ	ةٍ

Ex figura igitur nomine & potestate prædictorum trium signorum manifestè patet Tanuin aliud non esse quàm aliqua ex tribus motionibus, cui litera Nun addita est, & significatur Nun addita per duplationem figuræ motionis. Hæc autem tria signa locũ tantùm habẽt in ultimis nominum literis nec tamen semper, sed certa

ratione & legibus quibusdā nominibus affiguntur, quæ in grammaticis abundè declarantur. & تنوين الضم , & تنوين الكسر in omnibus quidem literis nominum ultimis locum habere possunt, at تنوين الفتح non nisi in literis ة & Hamzat ultimis nominum, uel in omnibus etiam, si sequatur in ultimo litera ا Aliph quiescens, aut ي , ut

صِرْنَا عَارًا فِي جِيرَانِنَا هُزُؤًا وَطَنْزًا لِمَنْ حَوْلَنَا

serna aaran phi giairaina hozuan ua tenezan lemen hhaulenā. ideſt, Facti sumus opprobriū inter uicinos nostros, subsannatio & illusio his qui circa nos sunt.

De signo Algezmi.

Habent Arabes signū aliud instar circuli parui perfecti, quale est ὀμικρὸν Græcorum, aut imperfecti, cui scilicet aliquid desit in parte aliqua ad perfectam eius rotundationem sic ﹾ . quod supra literam ponentes, illā motione siue uocali sua priuari & proprium sonum retinētem ad præcedentem syllabam contrahi denotant, aut si aliqua fuerit ex tribus literis quiescentibus ا , و , ي uocali simul & proprio sono destitutā omnino ac si non adesset quiescere. Et propterea signum hoc uocatum est الجزم Algezmo, ideſt quies. Exempla omnium sunt ضَرَبْتُمْ dharabtom. تَأْتِي tati. ضَرَبُوا dharabu. رُؤُوسَهُمْ rousehom خَلَاصِيْ chelasi, in quorū primo literæ ب & م carent uocali & retinentes proprium sonū con trahuntur ad syllabas præcedentes: & in secundo litera ا caret uocali & proprio, licet tenui, retento sono, ad præ cedentem similiter syllabam contrahitur: in tertio uerò quarto

quarto & quinto literæ ا , و , ي propriis motionibus pro priísque sonis destitutæ omnino quiescũt. Ex his igitur manifestum fit duplicem esse literarũ Arabicarum quietem, unã qua literæ omnes sua motione siue uocali tantum priuari intelliguntur, alterã, qua sua motione siue uocali simul & proprio sono destitui uidentur. hæc autẽ solis literis ا , و , ي accidere potest & propterea solæ istæ propriè & principaliter quiescentes uocatæ sunt. nihil tamen interĩ prohibet quin & ipsæ quoque prima quiete quiescere possint, ut in secũdo patuit exẽplo. Vtraque autem quies signo prædicto notatur, quod à Grãmaticis uocatum est الجزم Algezmo speciatĩ dũ de uerbo agunt, dum autẽ de nomine & alia orationis parte loquuntur, appellatum est propter eandem rationem الوَقْف Aluaqpho, idest statio.

De signo Tescdid

Habent & aliud signum, cuius figura paruitate tantum differt à figura literæ duodecimæ س Sin, seclusa nimirum cauda illius sic ّ. Hoc ponunt, excepta ا Aliph, supra literas omnes, cùm illas fortificare, & duplatione corroborare uolunt, propter quod uocatum est

التَّشْدِيدْ Altescdido, idest fortitudo, & eadẽ ratione uocatum est etiã التَّثْقِيل Altethqilo, idest grauitas, quia grauat pronuntiationem duplando literam, supra quam positum est. Huic opposita est التَّخْفِيف Altehhphipho idest leuitas, scilicet pronũtiationis, quæ

fit quādo nulla dictionis litera grauatur ſigno Teſcdid.

De ſigno Maddi.

Eſt præterea apud Arabes ſignum aliud quod in capite literæ ا Aliph uel Hamzati, quæ eadem litera eſt, ponē tes, ſignificant ipſam in prolatione eſſe producendā, & propterea appellatū eſt المدّ Almaddo, ideſt permanſio id namque operatur, vt ſcilicet dū illa profertur, perduret. Et ferè hoc ſignum proportione reſpondet ſigno Teſcdid, quod ad duplandum ſonum reliquarū literarū ponitur ſuper illas, ut dictū eſt, ا Aliph enī cùm propter tenuitatē ſui ſonus capax minimè ſit huius ſigni Teſcdid ſuſcipit loco illius ſignum hoc Maddi, quod tempus ſaltim ſuæ prolationis quodāmodo duplat. Figuratur uirgula parua, quæ à parte inferiori incipiens breui tractu ad ſuperiorem tendit, mox corpore aliquantulū craſſior facta, decliui ductu dexterā uerſus extenditur, & in tenuem tandem, ſurſúmque uerſus eleuatam caudā terminatur hoc modo. آ

De ſigno Vasli.

Habent inſuper & ſignū aliud, quod ſimili modo ſupra literam ا Aliph ſolūmodo, eamque dictionē inchoantē, nec tamen ſemper, ſed legibus quibuſdā obſeruatis, collocant. Figura eius ſimilis eſt figuræ regii accentus Hebræorū זַרְקָא Zarca hoc modo ֮ ٱ. Significant autē per illud, literā ا Aliph, ſupra quam poſitum eſt, nulla trium motionū moueri, nec prorſus proferri, ſed omnino ac ſi ibi non eſſet immobilē fieri: & literā, mox illam ſequentem omni uocali deſtitutam, proprio tantū ſono

ſono pronuntiari, & ad ſyllabam præcedentis dictionis ultimam, tanquam ad illam pertinentem, contrahi & copulari. quæ ſi fuerit litera ل Lam articuli Al, qui adiicitur nomini, & prima nominis litera fuerit una ex ſolaribus, quieſcit tũc articulus totus Al, nec legitur omnino, & litera illa ſolaris grauatur ſigno التشديد Alteſcdid & duplatur, cuius pars una in ſyllaba propria remanet, & altera cõtrahitur ad ſyllabã dictionis præcedẽtis ultimã, ut dictũ eſt de aliis. Exẽpla utriuſque lectionis ſunt hæc.

مَنِ ٱفْتَخَرَ Maneph-techera. ideſt qui gloriatur.

بَلْ إِنَّمَا ٱخْتَارَ ٱللَّهُ Bal ennamach-taral-laho ideſt, Sed elegit Deus.

كَكَوَاكِبِ ٱلسَّمَآءِ وَرَمْلِ ٱلْبَحْرِ

Kckeuakebis ſamaai ua ramil bahhri. ideſt, Sicut ſtellæ cœli, & arena maris. in quorũ primis duobus litera ا Aliph quæ notatur ſigno Vasli quieſcit omnino quiete ſecunda, & litera ف unius & خ alterius, quæ mox ſequuntur illã, quieſcunt quiete prima, ideſt reiiciunt uocales ſuas, & retinentes proprios ſonos contrahuntur ad ſyllabas ultimas dictionũ præcedentiũ, & leguntur Maneph & ennamach: Et in ſecundo nominis ٱلسَّمَآءِ articulus totus Al quieſcit quiete ſecunda, quia prima eius litera س Sin eſt una ex ſolaribus, & grauatur, ut patet ſigno التشديد, & geminatur, cuius pars una remanet in ſyllaba nominis prima ſcilicet Sa, & altera contrahitur ad ſyllabã ultimam præcedentis dictionis.

كَوَاكِب Kekeuakebi, & legitur Kekeuakebis.

Propter hoc igitur dictū est hoc signū اَلْوَصْلُ Aluaslo, ideſt unio & litera ا Aliph, quæ illud geſtat, dicta eſt هَمْزَةُ ٱلْوَصْلِ Hamzetol-uasli, ideſt Aliph unionis.

Hoc loco animaduertendū uenit, eſſe aliquos ex Arabū Grāmaticis, qui dictiones duas, uel tres etiā, uel quatuor uel plures adhuc, quotquot ſcilicet contingant eſſe quæ ui huiuſmodi Aliph unionis inuicem coaleſcant, uno ſpiritu omnes, etiā ſi animā efflare oporteret, pronuntiandas eſſe, nimis ſuperſtitioſè, nimíſque pertinaciter contē dunt: Aliquos autē, & iuditio quidem ſaniores, qui naturam imitantes, quot non minus abſque uocis obſcuritate, uel oris, alteriúſue mēbri geſtus turpitudine, quàm mortis periculo enuntiari poſſunt, tot uno ſpiritu tantū modo ex huius generis dictionibus pronuntiandas eſſe uolunt.

De nota Alhamzeti.

Litera ا Aliph ut nomen, ita & figurā habet duplicem: uocatur enim, ut dictū eſt, أَلِف Aliph uocatur etiā & أَلْهَمْزَةُ Alhamzeto, ideſt, punctio. Et quæ primo quidē nomini figura reſpondet, poſita eſt in Alphabeti loco primo, quæ uerò ſecundo conuenit propriè, eſt hæc ء utraque tamen unam eandemque, primam, ſcilicet, Alphabeti literam ا Aliph denotat ſemper. Hæc autem litera ا Aliph ſæpe mouetur, ſed ſæpius quieſcit, interdum quidem quiete prima, interdum autem quiete ſecunda

cunda. Et dum quidem mouetur habet ſemper in capite notam Alhamzeti, uel ad calcem iuxta motionis ſpeciē, quæ motionis illius ſignum uel portat uel ſuper ipſum ſedet, ut in hoc uno exemplo inuenies.

لِرَحْمَتِكَ يَارَبِّ أُرَتِّلُ إِلَى ٱلأَبَدِ

Lerahhmateka ia Rabbi orettelo ilal abedi. Miſericordiam tuam Domine orabo in æternum.

Dum autem quieſcit quiete prima, habet ſimili modo in capite notam Alhamzeti, quæ ſignū Algezmi, ideſt quietis portat, ut in hoc exemplo uides.

Val-ardho tati beteme reteha. وَٱلأَرْضُ تَأْتِي بِثَمَرَتِهَا

Et terra producet fructū ſuū. At dum quieſcit quiete ſecunda habet in capite uel ſignū Algezmi ſolùm, uel prorſus nihil, ut in hoc exemplo patet.

مِنْ أَطْرَافِ ٱلسَّمَآءِ خُرُوجُهَا وَإِلَى أَطْرَافِ

Men atraphis ſamai chorugioha ٱلسَّمَآءِ مُنْتَهَاهَا

ua ila atraphis ſamai montehaha. Ab extremitatibus cœli egreſſiones eius, & ad extremitates cœli occurſus eius.

Hîc notandum eſt, motionem ſeu uocalem الفتح Alphathhi in prolatione produci quotieſcumque eam ſequitur huiuſmodi ا Aliph quieſcens: idemque intelligendū de motionibus الضم Dhammi & الكسر Alkeſri ſequentibus literis و Vau, & ي Ie quieſcentibus.

Præter hoc autem, quod dictum eſt, Alhamzeti officiū, quòd ſcilicet literæ ا Aliph in portandis eius quietis & motionum ſignis miniſtrat, per ſe ſtat, ueluti & cognata

eius Aliph, & reliquarum una quæque literarum, in me dio dictionis uel in fine; & quietis & motionum notas ſuſcipit, & Tanuin ſpecies omnes indifferenter retinere poteſt. Horum exempla ſunt hæc.

جَرَّبُوا اللَّهَ فِي قُلُوبِهِمْ بِمَسْئَلَةِ الطَّعَامِ لِنُفُوسِهِمْ

Giarrabul-laha phi qolubehem bemeſaletit-taami leno-phuſehem. Tentauerunt Deum in cordibus ſuis in peti tione cibi animabus ſuis.

يَدْعُوا السَّمَاءَ مِنْ فَوْقٍ وَالْأَرْضَ مِنَ الْعُلَى

Iadus-ſamaa men phauqin ual-ardha menal-ola. Aduocabunt cœlum deſurſum, & terram de excelſo.

أَبْنَاءُ الْغُرَبَاءِ كَذَبُونِي أَبْنَاءُ الْغُرَبَاءِ عَتَقُوا

Abnaol-ghorebai kedhebuni, وَعَرَجُوا مِنْ سُبُلِهِمْ

abnaol-ghorebai atqu ua aragiu men ſeblehem. Filij alieni mentiti ſunt mihi, Filii alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.

Va la ieſneo beqeribehi وَلَا يَصْنَعُ بِقَرِيبِهِ سُوءًا

ſouan. Nec fecit proximo ſuo malum.

اَللَّهُمَّ كُنْتَ لَنَا مَلْجَاءً جِيلًا فَجِيلًا

Allahomma konta lena melgiaan gilan phegilan. Domine factus es nobis refugium in generationem & ge nerationem.

Phemoho

Phemoho mēluon lenetan فَمُهُ مَمْلُوءٌ لَعْنَةً وَغِشًّا

ua gheſcian. Os eius plenum eſt maledictione & odio.

Laiſa legeſedi ſcephaon. لَيْسَ لِجَسَدِي شِفَاءٌ

Non eſt corpori meo ſanitas.

Serto methla ena- صِرْتُ مِثْلَ إِنَاءٍ مَكْسُورٍ

in mekſurin. Factus ſum tanquam uas fractum.

De notis & ſignis aliis, quibus literæ inuicem diſtinguntur.

Arabum literis ſingulis ſingulæ, eæque propriæ figuræ minimè dantur, ſed ternis illarum biniſque ſingulis una eademque cōmunis eſt figura; pro diſcrimine autem po teſtatis earum & pronuntiationis, quæ ſingulis illis ſingulæ propriæ ſunt, quæue inter ſe omnino diſcrepant, puncta quædam, numero, diſpoſitione, & ſitu differētia literis illis adiiciuntur, ut aſpicientibus in prima Alphabeti tabella perſpicuum eſſe poteſt. Hæc autem puncta in aliquibus manuſcriptis codicibus, tales enī hucuſque ſunt omnes, nam qui pauci typis olim excuſi prodiere, inter Arabicos libros à peritis linguæ haud connumerātur, interdum quidē ab auctoribusmet ipſis ob eximiā, quam callent, linguæ & diſciplinarum, de quibus agunt peritiam, ſimul cum quietis & motionū ſignis, notíſque aliis, de quibus iam dictum eſt, ommittuntur; interdū autem à librariis ob nimiam ī deſcribendo uelocitatem, uel ut ſæpius lucri cupiditatē derelinquuntur; In aliquibus uerò puncta illa accuratè, exactè, ſummáque diligē tia locis ſuis omnia adaptata reperiuntur. Amplius autem & ne qui legunt, ſi fortè in aliquas illius claſſis literas inciderint quæ puncta illa διακριτικὰ non habeant,

id uel incuria librariorum, uel casu quouis alio factũ esse putent, addunt, dum tamen amphibologiæ est periculũ, literis illis signa alia, quibus lectores certiores fieri uolunt, non temerè, uel alio casu, sed data opera puncta il la adiecta nõ esse, quòd scilicet ex ternis binisque illis eæ sint, quæ punctis carere debent. Et istius quidẽ ordinis

literæ sunt. ع ط ص س ر د ح quarum

tribus د ر & س superadditur hoc signum ˇ, sic,

سˇ رˇ دˇ exemplum. هُنَاكَ كَسَرَ عِزًا الْقِسِيِّ

Honaka kesera ezzal-qesi. Ibi confregit potentias arcuum. Reliquis uerò ع ط ص ح, & aliquando

etiam ipsi س propriæ subscribuntur figuræ, sed paulò

quantitate minores, hoc modo, ح ص ط ع س

Exemplum اَلرَّبُّ يَرْعَانِي فَلَا شَيْءٌ يُعْوِزُنِي وَعَلَى

Arrabbo iarani phala اَلْمَرْجِ الْخَصِيبِ أَحَلَّنِي

sciaiia iouizoni ua alal-meragil chesibi ahhellani. Dominus regit me, & nihil deerit mihi & in pascuo abũdanti collocauit me.

وَالَّذِينَ يَتَوَكَّلُونَ عَلَى الرَّبِّ فَالرَّحْمَةُ تَحُوطُهُمْ

Valladhina ieteuekkaluna alar-rabbi pharrahhmeto to hhuetohom. Et qui confidunt in Domino, misericordia circundabit eos.

circundabit eos.

Hoc idem faciunt in litera ة He finali, ſed ſuperponunt ei figuram illam quam addunt hoc modo ـهٓ ةٓ, ne ſcilicet imaginemur deeſſe illa puncta duo, quæ eidē ſuperponuntur dum nota eſt generis fœminini, & pronun tiatione reſpondet literæ ت Te, ut dictum fuit antea.

Exemplum أُسْجُدُوا لِلرَّبِّ فِي مَحَلِّ قُدْسِهِۦ

Oſgiodu lilrrabbi phi صَوْتُ ٱلرَّبِّ عَلَى ٱلْمِيَاهِۦ.

mehhelli qodſchi, ſautor-rabbi alal-miiahi. Adorate Dominū in atrio ſancto eius: Vox Domini ſuper aquas eius.

Hic non obiter notandum, eandē figuram literæ ۿ He poni loco pūcti finalis, quod alioqui his aliis ſignis ۞ * frequentius notatur. Reliqua uerò ſigna quæ à Græcis Latinis, aliiſque aliarum linguarum ſcriptoribus pro diſ tinctione membrorum orationis notari ſolent, alia ratio ne dignoſcuntur apud Arabes, de quibus omnibus ī Grā maticis abundè dicetur.

Amplius in ſinu literæ ك Kaph finalis, quia nihil ipſa, aut parum differt à finali litera ل Lam, collocarunt, ne daretur confuſioni locus, aliam eiuſdem literæ figuram, quæ in principio dictionis aut medio ſcribi ſolet, hoc modo ک quod ſanè ab omnibus fuit receptū, & ad hæc uſque tempora obſeruatum, licet mutauerint poſteriores Arabes figuram eam, quam addiderant uete res, non adeò tamen ut priſtinæ figuræ ueſtigia omnino deliteſcant, hoc modo ك ـك : exempla ſunt

سَلْنِي فَأُعْطِيَكَ ٱلشُّعُوبَ مِيرَاثَكَ

وَسُلْطَانَكَ عَلَىٰ أَقْطَارِ ٱلأَرْضِ

Selni phaotiiekaſc-ſciouba miratheka ua ſoltaneka ala aqtarel-ardi. Poſtula à me, & dabo tibi populos hæreditatem tuam, & poteſtatem tuam ſuper terminos terræ.

كَثِيرُونَ يَقُولُونَ لِنَفْسِي لَيْسَ لَكِ

Kethiruna iequluna lenephſi, خَلَاصٌ بِإِلَهِكِ

laiſa leki chelaſon beeleheki. Multi dicunt animæ meæ, non eſt tibi ſalus in Deo tuo.

Hæc igitur omnia, quæ dicta ſunt, in antiquioribus quidem, & plus cæteris in Mauritanorum libris, qui Africano exarati ſunt charactere, rarò in literis د & ط, ſæpe in ص ع & ه, frequenter in ح, & ſemper in س ر & ك obſeruata reperiuntur, in libris autem, qui poſteriore ætate, & aliquot ab hinc annis conſcripti ſunt, cùm nimirũ & literæ humaniores, & diſciplinæ omnes uiguerint apud Orientales Arabes, & iis præcipuè qui deinceps ab ipſis, & Perſis nũc ſcribũtur, præter id, quod dictum eſt de litera ك Kaph, aliud reperitur nihil, immo & Perſæ id quoque in ſcribendo, quemadmodum & duo puncta quæ ſub litera ي Ie finali ſcribi ſolent, ſæpe ommittunt.

Et nos

Et nos, quibus huius Arabici negotii cura delegata eſt, & quibus primis uiam & modũ, quo Arabica ſcripta typis Arabicis, iiſque ueris & propriis excudi poſſint D.O.M. patefecit, recẽtiores Arabes & Perſas imitantes, quæ neceſſaria ſunt tantummodo per noſtras operas in huius modi imprimendis libris curari, & reliqua omnia, tanquam ſuperflua deſpici mandauimus: ea namque à nobis, noſtrorúmque laborum conſortibus adhibebitur diligentia in corrigendis exemplaribus, ut nullus amplius lectoribus dubitandi reſtet locus, quin omnia, quo ſtãt, legenda ſint modo.

Satis igitur, ut reor, quantum ad Arabicam lectionem pertinere poteſt, de literis & motionibus, notíſque aliis, quæ pro legẽdis libris Arabicis neceſſaria nobis uiſa sũt, dictum eſt. Nunc autem nihil ſuperfluũ, nec minus moleſtum feciſſe arbitramur, ſi ex literis & motionibus prædictis conflatum adderemus Syllabarium, in quo immoratus aliquantulum nouellus lector, ſecurius ad Arabicæ lectionis exercitationem, quæ deinceps ſequetur, accẽdere poſſit.

SYLLABARIVM

ARABICVM.

أَ أُ إِ أً أٌ إٍ ءَ ءُ ءِ ءً ءٌ ءٍ بَ بُ بِ

bi bo ba . in . on . an . i . o . a . in . on . an . i . o . a

بًا بٌ بٍ جَ جُ جِ جًا جٌ جٍ حَ حُ

hho . hha . gin . gion . gian . gi . gio . gia . bin . bon . ban

حِ حًا حٌ حٍ خَ خُ خِ خًا خٌ خٍ

chin . chon . chan . chi . cho . cha . hhin . hhon . hhan . hhi

دَ دُ دِ دًا دٌ دٍ . ذَ ذُ ذِ ذًا ذٌ ذٍ

dhin dhō . dhā . dhi . dho . dha . din . don . dan . di . do . da

رَ رُ رِ رًا رٌ رٍ . زَ زُ زِ زًا زٌ زٍ

zin . zon . zan . zi . zo . za . rin . ron . ran . ri . ro . ra

سَ سُ سِ سًا سٌ سٍ . شَ شُ شِ

ſci . ſcio . ſcia . ſin . ſon . ſan . ſi . ſo . ſa

شًا شٌ شٍ . صَ صُ صِ صًا صٌ صٍ

ſin . ſon . ſan . ſi . ſo . ſa . ſcin . ſcion . ſcian

ضَ ضُ ضِ ضًا ضٌ ضٍ . طَ طُ طِ

ti . to . ta . dhin . dhon . dhan . dhi . dho . dha

طًا طٌ طٍ . ظَ ظُ ظِ ظًا ظٌ ظٍ .

thdin . thdon . thdan . thdi . thdo . thda . tin . ton . tan

عَ عُ عِ عًا عٌ عٍ . غَ غُ غِ غًا غٌ غٍ .

ghin ghon ghan . ghi . gho . gha . in . on . an . i . o . a

فَ فُ فِ فًا فٌ فٍ . قَ قُ قِ

qi . qo . qa . phin . phon . phan . phi . pho . pha

قًا قٌ قٍ . كَ كُ كِ كًا كٌ

Kon . Kan . Ki . Ko . Ka . qin . qon . qan

كٍ . لَ لُ لِ لًا لٌ لٍ مَ مُ مِ

mi . mo . ma . lin . lon . lan . li . lo . la . Kin

مًا مٌ مٍ . نَ نُ نِ نًا نٌ نٍ . هَ هُ

ho . ha . nin . non . nan . ni . no . na . min . mon . man

هِ هًا هٌ هٍ . وَ وُ وِ وًا وٌ وٍ . يَ يُ

io . ia . uin . uon . uan . ui . uo . ua . hun . hon . han . hi

يِ يًا يٌ يٍ . أَا أُا إِا أًا أٌا إٍا أْا

a . ain . aon . aan . ai . ao . aa . iin . ion . ian . ii

أَبَ أَبُ أَبِ أَبًا أَبٌ أَبٍ أَبْ

ab . abin . abon . aban . abi . abo . aba

بَبَ بَبُ بَبِ بَبًا بَبٌ بَبٍ بَبْ

bab . babin . babon . baban . babi . babo . baba

تَبَ تَبُ تَبِ تَبًا تَبٌ تَبٍ تَبْ

tab . tabin . tabon . taban . tabi . tabo . taba

ثَبَ ثَبُ ثَبِ ثَبًا ثَبٌ ثَبٍ ثَبْ

thab . thabin . thabon . thaban . thabi . thabo . thaba

جَبَ جَبُ جَبِ جَبًا جَبٌ جَبٍ جَبْ

